

Uenit mulier de samaria haurire aquã. Dicit ei ihc. Da mihi
bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem. ut cybos
emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomo
do tu iudeus cum sis bibere a me poscis que sum mulier
samaritana. Non enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit
ihc et dixit ei. Si scires donũ dĩ. Et quis est qui dicit tibi
da mihi bibere. tu forsitan petisses ab eo. et dedisset tibi aquã
uiuam. Dicit ei mulier. Dñe. neq; in quo haurias habes.
et puteus altus est. Unde ergo habes aquã uiuam.
Numquid tu maior es patre nostro iacob. qui dedit nobis
puteum. et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora. Respondit
ihc et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac. sitiet iterum.
Qui aũt biberit ex aqua quã ego dabo ei. non sitiet in eternũ
Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in
uitam eternam. Dicit ad eũ mulier. Dñe. da mihi hanc aquã.
ut non sitiã. neq; ueniã huc haurire. Dicit ei ihs. Uade uoca
uirũ tuũ. et ueni huc. Respondit ei mulier. et dixit.
Non habeo uirũ. Dicit ei ihs. Bene dixisti. quia ñ habeo
uirũ. Quinque enĩ uiros habuisti. et nunc quẽ habes
non est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier.
Dñe. uideo quia pphẽta es tu. Patres nr̃i in monte hoc
adorauerunt. et uos dicitis. quia hierosolimis est locus
ubi adorare oportet. Dicit ei ihs. Mulier. crede mihi.
quia uenit hora. quando neq; in monte hoc neq; in hie
rosolimis adorabitis patrem. Uos adoratis q̃d nescitis.
nos adoramus q̃d scimus. quia salus ex iudeis est.
Sed uenit hora et nunc est. quando ueri adoratores.
adorabunt patrem. in spũ et ueritate. Nam et pater

3. Kassel, Gesamthochschulbibliothek, 2° Theol. 60, fol. 125v